



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 48. Quæstio Monachorum ex Scythia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI. Kal. Aprilis Valerio Consule id est 26.  
A. C. 519. Martii anno 521. data.

## §. XLVIII.

*Quæstio Monachorum ex Scythia.*

**I**llo tempore quo Hormisdæ Papæ Legati Constantinopolim pervenerant, Dispu-

*Sug. Diosc.* *to. 4. Conc.* *Unus ex Trinitate crucifixus est.* Pro *p. 1612.* & affirmativa pugnabant Monachi ex Scy-  
*p. 1519.* *Sug. Germ.* *p. 1514.* *thia,* quibus Comes Vitalianus patroci-  
nabatur. Eorum Monachorum aliquis, cui nomen Leoncius, se Comiti affinitate junctum dicebat. Ceterum Joannes Maxentius inter Ceteros Eruditione eminebat. Hi Monachi aliquos suæ Provin-

*Bibl. PP. to.  
4. p. 534.*

ciæ Episcopos, & inter alios Paternum Tomitanum accusabant; item Diaconum, cui nomen Victor, quod in Fide erraret, & Libellum contra ipsum Legatis Papæ Episcopo Constantinopolitano obtulerunt. Habemus Libellum Legatis traditum; queruntur Monachi accu-

sari se, quod Fidei aliquid addant, cum Patrum opiniones contra Concilii Calcedonensis hostes docerent. Fidei suæ ex-  
positionem de Incarnatione & Gratia tra-

dunt, & Legatorum Judicio submittunt. Ubi de Incarnatione agunt, præpri-  
mis Nestorium & Theodorum Mopsue-  
stensem refutant. Contendunt, istos ef-  
ficacius erroris convinci non posse, quam  
dicen-

dicendo; Unum ex Trinitate passum fu- Sæculum VI.  
isse. Afferunt etiam ita locutus fuisse A. C. 519.  
Patres, sed verba propria nullius addu-  
cunt, nisi Procli in Epistola ad Armenos.  
In altero Articulo de Gratia; statuunt  
Peccatum originale, & Necesitatem  
Gratiæ. Nihil in hac Expositione legi-  
tur, quod non Catholicum sit.

Quamvis Legati Pontificis nollent  
aliud Negotium in se suscipere quam il-  
lud, ad quod expediendum missi fuerant,  
tamen resistere non potuerunt Vitaliani,  
& Imperatoris Voluntati, invitantium se  
ut Patriarcham Constantinopolitanum  
inviserent, Quæstionem istam Examini  
subjicerent, & litigantes conciliarent. Er-  
go convenerunt. Patriarcha arrepto Con-  
cilio Calcedonensi coram omnibus illud  
Decretum legit dicens: *Nemo bis quidquam  
aliud addat; hæc credentes Catholici sunt.*  
Victor Diaconus dixit: *Hæc credo, & reci-  
pio Epistolas Leonis Papæ, atque S. Cyril-  
li, quas Concilium refert. Subscribo ma-*  
Unus Crucifixus est.  
*nus mea, & juramento affirmo, me aliud  
nihil defendere. Monachi Scythæ dixe-  
runt: addatur: unus ex Trinitate. Le-  
gati Papæ responderunt: non possumus  
addere, quod in quatuor Conciliis, & in  
Epistolis S. Leonis definitum non est. Hæc  
Responsio Scythis displicuit.*

Vitalicus deinde accersivit Victo-  
rem coram se, & Patriarcha Constanti-

Z 4 nopolis

Sæculum VI nopolitano non accersitis Legatis, qui  
 A. C. 519. acta inter eos ignorarunt, nisi quod ad-  
 verterent, Victorem amplius ad se non  
 venire, & causam non fuisse examina-

*Sug. Germ.* tam. Post multa & inutilia inter Lega-  
*p. 1514.* tos, & Monachos Scythes Colloquia, Im-  
 perator in Conventu publico præsentis-  
 bus Legatis Episcopum Paternum & Vi-  
 talianum, alterum alteri reconciliavit,  
 jussitque Accusatores ejus tanquam suo  
 Episcopo deinceps subjici, & pro venia  
 deprecari. Quærebantur etiam Mona-  
 chi, ut ad Pacem ineundam cogerentur;  
 ipsi vero Constantinopoli excesserant, &  
 Romam versus iter capessabant speran-  
 tes, ibi ratam habendam Propositionem  
 suam: *Unus ex Trinitate &c.* & aliquas  
 alias Auctoritate Papæ confirmandas.  
 Papa Monachos adventuros didicit ex  
 Legatorum suorum Epistolis 29. Junii  
 519. datis. Accusabant Monachos Scy-  
 thes; his ipsis neminem magis obstatisse,  
 quo minus in Locum Severi alias Episco-  
 pus eligeretur.

*p. 1513.* Legati in eadem Epistola de Proposi-  
 tione Scytharum suam Sententiam edi-  
 cunt. *Ille modus loquendi,* dicit Diosco-  
 rus Legatus, nec in Conciliis, nec in Epi-  
 stolis S. Leonis legitur, nec eo unquam Ec-  
 clesia usæ est. Imperator Anastasius Ca-  
 tholicos cogere volebat, ut hanc Additio-  
 nem reciperen, & Discipuli Eutycis  
 eandem

eandem in Concilio Calcedonensi recipi Sæculum VI.  
optabant. Mibi vero videtur, ad Pacem A. C. 519.  
Ecclesiarum conservandam utilius futu-  
rum, si ipsis respondeatur, Concilium, &  
Epistolas S. Leonis nobis sufficere. Nec  
volumus nec possumus quidquam novi in  
Ecclesiam afferre. Dicent: Recipimus  
Concilium Calcedonense, sed speramus, cu-  
ratores vos, ut nobis hujus Concilii Do-  
ctrina explicetur. Astute hoc petunt, nec  
ea de causa, quod Concilii Doctrinam non  
satis intelligent, sed ad disputandum nos  
inducere cupiunt. Si autem cedamus, &  
quidquam novi adjiciatur, omnia, quæ  
hactenus ædificata sunt, mea quidem opi-  
nione destruentur.

Comes Justinianus quoque se Mona-  
chorum Scytharum Adversarium profi-  
teri cœpit, forte, ut se opponeret Vita-  
lianico eorum Patrono, quem ut æmulum  
aversabatur. Scripsit igitur Papæ, inter p. 1516.  
alia dicens; Hos Monachos quietis oso-propitia.  
res Pacem Ecclesiarum novis & absurdis  
vocibus turbare velle. Rogat, ut eos ha-  
beat, sicut merentur, & procul a se re-  
pellat. *Nomina eorum, inquit, sunt*  
*Achilles, Joannes, Leontius, & Mauri-*  
*tius.* In alia Epistola, postquam, ut cre- p. 1517.  
dibile est, rem mature pensasset, rogat *ut pleniss.*  
Pontificem, ut Quæstionem definiat, &  
hos Monachos dimittat; subjungit: *Lis*  
*est de nudis vocibus; omnes Catholici in*

Z 5 eodem

Sæculum VI. eodem Sensu consentiunt. Sed illud D.  
A. C. 519. Etrinam Catholicam credemus, quod Tu  
definieris.

## §. XLIX.

## Epistolæ Pontificis.

**Epiſt. 66.** Respondebit Papa: *Volebam statim Mon-*  
*chos, de quibus mibi scripſeras, a me*  
*repellere. Ipsi vero testabantur Deum, si*  
*Constantinopolim reverterentur, in itine-*  
*re se vita periclitatuſos. Itaque non iuſſi*  
*viros ejici, ſed credidi, reditum Legato-*  
*rum meorum expectandum, ut Disputatio-*  
*nis bujuſ materiam accurate reſcirem.*  
Hæc Epifola ſecunda Sept. anno 519. da-

**Epiſt. 67.** ta. In alia ad Justinianum Epifola petit  
Papa, ut Imperator Romam mittat Vi-  
ctorem Diaconum, quem Monachi accu-  
ſabant, omnesque illos, qui quæſtiones  
periculofas movebant.

Eadem occaſione uſus Pontifex Le-  
gatis ſuis ſcripſit; videri ſibi optimum,  
hanc Cauſam Epifcoo Constantinopoli-  
tano delegare, qui utramque Partem au-  
diret. Ad hæc Diſcorus Legatus Papæ

**Sug. Diſcor.** respondit: *hoc conſilium mibi placebat,*  
**p. 1519.** *nam qui ſecura eſt conſcientia, juſdium*  
*non refugit. Scripſisti mibi, bos Prote-*  
*ſtationem tradiſſe, ne Hæretici ſe mibi*  
*jungerent. Nescio, quos ipſi Hæreticos*  
*vocent, niſi illos, qui Concilium Calcedo-*  
*nene recipiunt, & quos ego Catholicos*  
*voco.*